

quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi. Aut.
Quae est mater mea. et qui sunt fratres mei. Et exten
dens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea
et fratres mei. Quicumque enim fecerit uoluntatē
patris mei qui in cælis ē. ipse meus frater. et soror et mater ē.
In illo die exiens ihs de domo. sedebat secus mare. Et
congregatae sunt ad eum turbae multae. ita ut in na
uiculam ascendens sederet. Et omnis turba stabat in
litore. et locutus est eis multa in parabolis dicens.
Ecce exiit qui seminat. seminare. Et dum seminat. quedā
ceciderunt secus uiam. et uenerunt uolucres. et come
derunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa. ubi non
habebant terram multam. Et continuo exorta sunt.
quia non habebant altitudinem terrae. Sole autem
orto. aestuauerunt. et quia non habebant radicem
aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas. et creue
runt spinae. et suffocauerunt ea. Alia uero ceciderunt
in terram bonam. et dabant fructum. Aliud centesi
mum. aliud sexagesimum. aliud tricesimum. Qui ha
bet aures audiendi audiat. Et accedentes discipuli.
dixerunt ei. Quare in parabolis loqueris eis. Qui respon
dens ait illis. Quia uobis datum est nosse misterium
regni caelorum. illis autem non est datum.
Qui enim habet dabitur ei. et abundabit. Qui autem
non habet. et quod habet. auferetur abeo.
Ideo in parabolis loquor eis. quia uidentes non uident.
et audientes non audiunt. neq; intellegunt. Et ad
impletur in eis prophecia esaiae dicens. Auditu au
dietis. et non intellegetis. Et uidentes uidebitis. et
non uidebitis. Inrassatum est enim cor populi huius.
et auribus grauiter audierunt. et oculos suos clau
serunt. nequando oculis uideant. et auribus audi
ant. et corde intellegant. et conuertantur. et sanē eos.
Uestri autem beati oculi quia uident. et aures uae

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/mss/18-22-aug-4f/start.htm?image=00053
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss18-22-aug-4f/0053